

Z. 6
5945

V, 12.

4/ 342/

ΣΤΗΛΑΙ

SEU

COLUMNÆ EÆQVE LITERATÆ

QVEIS

SEPULCHRUM

VIRI ILLUSTRIS

D O M I N I

LUD. HENRICI
HEIDENREICHII,

SER. DUCUM SAXO - VINARIEN-
SIUM CONSILIARII INTIMI, PRO-CANCEL-
LARI PRUDENTISSIMI, ÆRARIJ PUBLICI
DIRECTORIS SOLERTISSIMI,

IDIBUS SEPT. CIO CC XXIV.

BEATISSIMAM OCCUMBENTIS
MORTEM

IN PISSIMAM AC SEMPITERNAM MEMORIAM

VETERUM MORE ADORNATUM

LAUDIBUSQVE, QVIBUS PAR EST, DIGNISSIMIS, VERBIS LICET NON SATIS
DIGNIS, CONDECORATUM

A

LITERARUM SACRARUM STUDIOIS,
QVOTQVOT INTRA URBIS VINARIÆ VIVUNT
COLUMNAS.

VINARIÆ, TYPIS MYMBACHIANIS.

Abbas noster officium hunc
habuit, non sicut
Episcopus ac Præbiter



HAve, Viator,
&
quod suprema pietas ac religio suadet,
oculum huc, huc animum
Verte.

Diverte hoc ad facellum feralē
& Catacumbas,
in quēis
later & lucet

extincta luce superstes

Justitiæ Stator,

Salutis publicæ Amplificator,

VIR illustris,

multis natus, multis datus,

LUDOVICUS HEINRICUS HEIDENREICH,

ICTUS CELEBERRIMUS,

SER. DUC. SAXO-VINARIENSIIUM

CONSILIARIUS INTIMUS,

PRO-CANCELLARIUS PRUDENTISSIMUS,

ÆRARIJ PUBLICI DIRECTOR SOLERTISSIMUS,

STABILE THEMIDOS COLUMEN.

Columnas idēd,

quas

hic Thaumaturgus meruit vivus,

animadvertē,

non Veterum quidem illas

Ægyptiorum, Græcorum, Latinorum,

affabre pictas,

pulchre descriptas,

Ære signatas,

Lapide, marmore aurove effigiatas,

Temporis vero inclementia

obscuratas, everfas ac depravatas dudum,

hodie quæ adhuc debuerunt esse æternæ.

Sed

Novas veteri instituto ornatas,

easque literatas ΕΤΗΑΑΣ

stylo hoc ferali inscriptas

singulas

laudibus BEATI animatas,

Merita ipsius loquentes,

Famam vocaliter resonantes.

Hem primam MINERVÆ,

Cum Epigr.

SAPIENTIA ET PRUDENTIA.

Multum ipse Naturæ, plus Doctrinæ, plurimum Gratia
debut.

Ab his nutritus obstetricibus perpetuis

factus, non fictus

Sapientiæ ac Prudentiæ

ingenuus Cultor,
ingeniosus Admirator,
ingens Amplificator.
Dignissimus adeo,
qui in splendida Doctrinae Corona
dudum emereret,
quam opum splendore maximus Imperator,
CLAUDIUS NERO,
quondam affectavit, non cepit.
Seculi nostri mensuram supergressus
indole sua,
dignus longiori vita, nisi dignior fuisset aeterna.
Altera ASTRÆE

Cum Epigr.

JUSTITIA ET AMORE.
En Herculis Columnas,
extra quas nihil datur ulterius.
Has
validissime fulsit,
solertissime sustinuit,
prudentissime amplificavit,
illius Castor, hujus Pollux.
Regis hac lege
Salutem publicam
stabilivit, custodivit, ornavit.
Justitia in hoc Præses, qui Præses Justitiæ fuit,
Sacerdos, qui Justitiæ Sacerdos.
Hanc tamen nusquam sine amore exercuit,
nec amorem sine justitia.
Omnium sic causarum Actor felicissimus
omnium Victor gloriosissimus,
una, una, eheu, causa fuit,
cui demum victus succubuit:
Causa mortis.
Vin' Tertiam? Est illa EUSEBÆ.

Cum Epigr.

CURA ET PIETATE.
Curas enim sibi commissas
curas sibi esse perpetuas dicebat, ducebat.
Sic utrique Duci gratus
Gratiam utriusque efflorescentem subinde nactus,
Purpurisatam Pietatem
more, ore, re
undique gestabat.
Hinc
in morte vitam consecutus,
qui ante mortem
Jesum pro omnibus mortuum
veluti in cordis tabula suspensum
intuebatur fide,

profitebatur ore,
venerabatur mente.

Sic

DEO acceptus

accepit, quam credidit, vitam æternam.

Hem denique quartam ARETES,

Cum Epigr.

MENTE AC ANIMO.

Malebat enim cadere Scipio alter,
quam a virtutis gradu gradum recedere ullum.

Mente, quas sibi probe concepit, virtutes,

Animo subinde recepit, coluit, exercuit.

Hinc

Gravitas & Comitas, Auxilium & Consilium,
ingenium & iudicium,

felici contubernio conjuncta.

Humilitas in eo nobilis, Honor humilis.

Corroborata ejusdem animi magnitudo

fortia agere & pati poterat.

Liberalitas ejus in omnes vix usitata,

non nisi

in mortis Syncope passa est Apocopen.

Sic

Omnia hæc hoc in UNO,

repentino mortis ictu

perdita, amissa, sepulta.

Sola horum Fama ad Solem usque elata,

his Columnis hoc dabit robur,

æternum canens:

SEMPER HONOR NOMENQUE TVVM LAUDESQUE MANEBUNT.

Sed ferendum, quod non mutandum.

Satur annorum ac laborum

ad cœlestem e terrestri prædio Civitatem

abiit, non obiit

Idibus Sept. A. Chr. MDCCXXIV. Æt. LXIV.

Abi, Viator, & disce,

Inopinata non raro fieri, quia mortem inopinatam

obiit BEATUS, & quotidie mori memento.

Vitæque Tuæ finem esse certum,

ultimum autem vitæ articulum incertum.

Redi.

Luge mortuum, quem vix credidisti mortalem.

Dura nimis Analysis, quæ duriores secum traxit spei Dialyses.

Una hac fidelia plures denigrantur parietes.

& opta, ut, quot reliquit BEATUS Filios Honoratissimos,

tot futuræ sint Familiæ & Reipublicæ

COLUMNÆ,

diu, diutius, diutissime

duraturæ.

†

†

†

Pon. 2b 5945
40




sb.

W018

111





ΣΤΗΛΑΙ

SEU

COLUMNÆ EÆQVE LITERATÆ

QVEIS

SEPULCHRUM

RI ILLUSTRIS

DOMINI

HENRICI

ENREICHII,

M SAXO - VINARIEN-

ARI INTIMPRO-CANCEL-

ENTISSIMI, ÆRARI PUBLICI

FORIS SOLERTISSIMI,

IDIBUS SEPT. CID CC XXIV.

IAM OCCUMBENTIS

MORTEM

AC SEMPITERNAM MEMORIAM


TERUM MORE ADORNATUM

PAR EST, DIGNISSIMIS, VERBIS LICET NON SATIS

IGNIS, CONDECORATUM

A
I SACRARUM STUDIOIS,

TRA URBIS VINARIÆ VIVUNT
COLUMNAS.



MINIATURAE, TYPIS MYMBACHIANIS.

Ab his numeris officinae perennis
fides, non fides
Sapientia ac Prudentia